

FIDES, RELI- GIO, MORESQUE AETHI- OPVM SVB IMPERIO PRE-

ciosi Ioannis (quem vulgò Presbyterum Ioan-
nem vocant) degentium, vnà cum enarratione
confœderationis ac amicitiae inter ipsos

Aethiopum Imperatores, & Re-
ges Lusitaniae in ita, DAMIA-

NO à Goes Equite Lu-
sitano autore ac
interprete.

Aliquot item epistolae ipsi operi insertae, ac
lectu dignissimae, Helenae auiae Dauidis Preci-
osi Ioannis, ac ipsius etiam Dauidis, ad Ponti-
ficem Romanum, & Emanuelem, ac Ioannem
Lusitaniae Reges, eodem Damiano à Goes, ac
Paulo Iouio interpretibus.

Deploratio Lappianae gentis, ipso
etiam Damiano à Goes autore.

PARISIIS.

Apud Christianum Wechelum sub scuto Basi-
liensi, in vico Iacobæo : & sub Pegaso, in vico
Bellouacensi. M. D. XLI.

*item - mores leges, et ritus Suius Gentium
f. Jo. Boemus*



DAMIANSVS

A GOES EQVES LVSI-

tanus, Paulo Pontifici Romano

Tertio S. P. D.



Villa est res, in qua vberius niti
debeamus, quàm vt totus terræ or-
bis (si id aliter fieri non poterit)
labore, sumptu, martyrio, ac om-
niū nostrū cruciatibus, ad Chri-
sti fidem alliciatur, allectūsque vt sub vnum or-
dinem, & viuendi ritum redigatur. Cuius rei cu-
ra, tibi Paule Pontifex Maxime, qui vt primus
Episcopus, & Christi vicarius, eius vniuersali
Ecclesiæ præfides, cæteris nobis omnibus, ma-
gis debetur. Quamobrem tuum est officium
(quod etiā iam cum magna spe omnium incepti)
calamitatibus, quibus quotidie opprimitur,
mederi, & opera, & studio tuo efficere, vt vni so-
li Christo totus mundus pareat, ac credat: cum
verò crediderit, vt tibi, monitisq; tuis veluti Pe-
tri successori, in omnibus quæ ad salutem ani-
marum spectant, obediat. Quod cum euenerit,
dicemus te autore, prophetiam vnus pastoris,
& ouilis adimpletam esse. Cuius rei palmam si
obtinueris, quis profectò Pontificum, te vel ho-

a ij

nore,

omnium hominum animas, ab Adam profluxisse
 asseramus, & vt caro nostra est ex semine car-
 nis Adæ, ita quoque anima nostra; quasi lucerna
 in anima Adæ accensa, originem suam & natu-
 ram ex Adam trahit. Ex quo apparet nos omnes
 semen esse Adæ ex carne & anima.

Hiscæ characteribus manu propria
 ipsius Oratoris omnia supra
 scripta subsignata
 erant.

+

ⲛⲧⲓ : ⲉⲁⲛ : ⲁⲫ : ⲛⲡⲓⲥ : ⲁⲓ : ⲕⲁⲛ :
 ⲡⲁ : ⲕⲉ : ⲕⲛⲥⲓ : ⲛⲛⲓ : ⲕⲉ : ⲁⲛⲉ :
 Ⲑⲛⲛⲁ :

DEPLORA

TIO LAPPIANAE GEN-

tis, Damiano à Goes autore.



NON indignum puto, Pontifex Ma-
xime, in calce huius nostri opusculi,
quonia ad fidem, & vnionem Ec-
clesiæ hæc quoque spectant, Ioan-
nis Magni Gothi Archiepiscopi
Vpsaliæ in regno Suetiæ (vt ab eo ad miseradam
Lappianam gentem veniamus) aliquam menti-
onem facere. Is autem Ioannes Magnus Go-
thus, vir est optimis parentibus ac diuitibus na-
tus, sacrarum literarum non vulgariter peritus,
probitate vitæ spectatissimus, Ecclesiæ Roma-
næ ita addictus, vt eius causâ amplissimum Vp-
saliæ archiepiscopatum cum prouentibus plus
minus quadraginta millium aureorum in singu-
los annos, vnâ cum fundo paterno amiserit. cuius
dignitatis, ac bonorum iactura, ab fluctibus for-
tunę agitated, in Prussia, Gedani diu tenuiter vi-
sitans, delituit. Vbi (interim quod mihi Regis
mei negocia in illis Germaniæ partibus tractan-
da erant) cum eo, ac cum Olao Magno Gotho
eius fratre, indissolubilem contraxi amicitiam.
Hos inopinatè postea Vincetiæ reperi multo te-
nuius

DAMIANI US APPITIS

STONIA VENTRIS MIBUS

STONIA VENTRIS MIBUS

STONIA VENTRIS MIBUS

STONIA VENTRIS MIBUS

STONIA VENTRIS MIBUS

STONIA VENTRIS MIBUS

STONIA VENTRIS MIBUS

STONIA VENTRIS MIBUS

